

www.e-rara.ch

Antonii Thylesii Consentini, natione Itali, Opuscula aliquot

Telesio, Antonio

Basileae, [1545]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-140463>

Epistola Laelius Ale[x]ander Literarum Studiosis

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

EPISTOLA. 45
LÆLIUS ALEXANDER
Litterarum Studiosis.

VM Tragœdia hæc Antoni Thyleſij, uiri
mediuſfidius, ut eius ſcripta declarant, inge-
nio, ac uaria doctrina expoliti, in manus
meas peruenerit, eamq; ſemel, iterum, atque
tertio integram relegerim, ſic ipſa ſermonis ele-
gantia, dicendiq; puritas, ſic paſſim ſeruata gra-
uitas, ſententiarumq; ſplendor ubiq; ſeſe mihi
offerebant, ut non poſſem non maiorem in mo-
dum admirari, uirum, his temporibus noſtris id
ſcriptis ſuis aſſecutum eſſe, quod nemo poſt uete-
res illos, ne attingere quidem auſus eſt. Seneca
enim, tametiſi plenus ſententiarum ſit, arſq; for-
taſſe, quæ præſtari à ſcriptoribus omnibus præ-
cipue debet, in eo non requiratur, tantum abeſt,
ut eum latinè, ac purè loquutum eſſe exiſtimem,
(quæ literaturæ pars, cui deeſt, omnia ſerè illi de-
eſſe, fateri necesse eſt) ut ob id etiam in Latino-
rum ſcriptorum numerum cooprandum eſſe mi-
nime cenſeam. At Thyleſius non hæc tantum, ſed
aliarum quoque diſciplinarum, quàm munitus
ad ſcribendum acceſſerit, quando eius ſcripta ſunt
in uirorum manibus, omnes facile iudicare poſ-
ſunt. Ac mihi quidem aliquando hæc omnia con-
ſideranti, ob id etiam omnes, qui aliquid poſt
auream Ciceronis ætatem ediderunt, hunc fa-
cile excellere uideri ſolet, quod de ſuo, nō autem
aliena ſcripta inuadens, latinè ita, pure, ac proprie
omnia nobis exponat, ut Plautino, uel poſius

Terentiano ore eloqui uideatur. Nam quotusquisque est, his præcipue temporibus nostris (quod pace omnium fari liceat) qui non ita impudenter antiquorum scripta expilet, atque inepte in sua transferat, ut ingeniosis ac eruditis hominibus sæpe bilem, interdum etiam moueat iocum? Hæc est communis, eademque præcipua tempestatis nostræ calamitas. Dum enim Vergilij omnes & Cicerones hominibus uideri student, faciunt, ut omnium scripta unius tantummodo esse uideantur: ac sint, qui exclament furem, non poetam fabulam dedisse. Utinam in perlegendis optimis autoribus tempus omne consumeremus: utinam naturam optimam ducem in scribendo deinde sequeremur. Sperarem profectò, ut bonæ literæ, quæ tot secula in tenebris, & quasi sepultæ iacuerunt, in lucem restitui, ac reuiuiscere possent. Bona enim ingenia semper, & ubique florere. Sed quemadmodum in optimis quibusque, ac pinguibus agris (nulla tamen agricolarum adhibita sollertia) euenire uidemus, ut inutiles herbæ, & plerumque maximè noxiæ enascantur, quæ etiam non multo post, & ipsæ neglectæ sterilescent. Sic hominum ingenia, cum nemo sit, qui recte illa, & summa cum diligentia excolat, atque ad bonam frugem perducere studeat, ex se ipsa facile intereunt. Quare illud mihi fateri uerissime liceat, unum hunc Thylesum præclare de republica literaria (unde plurimum ei, atque etiam immortaliter homines debent) meruisse. Nobis enim non tantum Tragediam, utilissimum ad for-

man-

mandos, excolendosq; hominum mores, pulcher-
rimumq; à dñs immortalibus traditum munus,
quasi postliminiò restituit, atq; adeò ut nihil in
eo desiderare possimus: sed etiam quo pacto scri-
bere debeamus, non ab alijs omnia mutuantes,
edocuit. Proinde uos studiosos omnes adhorror,
ut alendæ, locupletandæq; linguæ Latinæ causa
omnem operam, & studium uestrum conferatis:
quod uobis erit facilius, si bonos tantūmodo au-
tores, qui ad parandam dicendi facultatem, et co-
piam mirifice faciunt, in manibus habere, atq; in
scribendo Genium uestrum sequi uo-
lueritis. Valere.

d s AN-